



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Decreta Provinciae Mediolanensis Svb B. Carolo Borromeo, Cardinale Archiepiscopo, Diuersis temporibus in sex Concilijs, totidemq[ue] voluminibus edita

**Speciano, Cesare**

**Brixiae, 1603**

**Tit. XVII. De Torneamentis.**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10553**

## DE CINGARIS Tit. XVI.

Cingari qualiter inquirendi, & ut catholicè, & christianè vivant compellendi. Cap. I.

**P**ISCOPVS in cuius diœcœsi cingaros morari aut uagari contigerit, diligenter inquirat, an, ut Christianos decet, in omni uita se gerant, anq; Sancte Ecclesie institutis, & practis pareant.

Rursus, an quicquam contra agant, quod schismatiscum morem, usumq; præseferat.

An Quadragesime tempore, ieiunijq; diebus carne, & cibis reticis ne-  
scantur; an nouis ritibus vntantur. Quod si contra Ecclesiæ instituta, ritusque  
ab illis aliquid agi, geri, fieri ve compertum erit, quodq; præsertim eiusmodi  
sit, quam obrem heresis nomine suspecti esse possint, in eos Episcopus graui-  
ter agat, & animaduerat, etiam pro culpæ ratione ad Sacrorum Canonum  
Pontificiarumq; sanctionum præscriptum.

Si uero eos ullo alio modo publicè offendere cognitum erit, ab Ecclesia,  
diuinorum officiorum tempore ejici iubeat, quoad emendatæ vitæ explorata  
testimonia, & exempla uiderit.

DE TOURNEMENTIS.  
Tit. XVII.

Quadragesimæ temporibus, ne simulachra incendantur aliaq; similia  
etiam à pueris proposita pœna ne fiant. Parochisque pro  
his quid agendum erit. Cap. I.

**R**AVE est, nec propterea ferendum, ut quibus diebus Sancta Ec-  
clesia ad ieiunium, ad penitentiam, ad omneq; pietatis officium  
animos fidelium excitare, & accendere studet, in ijs maxime  
seculi homines operibus satanicis operam nauent.

Quare corruptelam illam, quam in nonnullis locis, depraua-  
to vsu adhuc retineri accepimus, ut primis illis sacri quadragesimalis tempo-  
ris diebus laruatorum hominum efficta simulachra incendantur, inanes nu-  
ptiæ fingantur, conuersationes nocturnæ, tumulusq; fiant, radicibus euellere,  
cum maxime cupiamus, hoc decreto ueritum, interdictumq; sit, ut ne quid ta-  
le in posterum, neque quicquam aliud eius generis religio illo tempore u-  
quam fiant, agatur, committaturve: nec uero agi, fieri, admittive permitta-  
tur; pœna ijs omnibus, & singulis, qui contrafecerint, interdicti proposita,  
quam eo ipso subeant. Parochus uero, in cuius parochia finibus id criminis,  
etiam si à pueris solum, qui tamen doli capaces sint, committi solet, primò in

eam

eam curam ipse incumbat omni studio, ut ne offensiones hæ peccataq; id generis fiant. Deinde vero, si occurrere nullo modo poterit; rem omnem in tempore, si in urbe est, ad Episcopum, si in dieceſi ad Vicarium Foraneum deferat, quo uel alijs rationibus, uel grauiori pæna eiusdem Episcopi arbitrio ijs morum erroribus consultum, ac prouisum sit omnino.

DE ADULTERIIS STUPRIS,  
& Lenocinijs. Tit. XVIII.

Meretrices in cauponis qualiter non habendæ, transgressoresque puniendi. Cap. I.

**P**ROSTITUTAS fæminas, meretricesve in cauponis, diuersorijs, gainfre ad quæſum alere, cum id egravi Dei offensione, & magno animorum detrimento, & disciplinæ christianæ iniuria fiat, hoc decreto prohibendum censuimus. Quare ne quisquam vel caupo, vel tabernarius, vel qui cœnaculariam facit, illas in ipsis cauponis, ac diuersorijs habeat, alat re ad turpem quæſum.

Qui contrafecerit post huius decreti promulgationem in eius parochiali Ecclesia factam, tanquam is, qui in statu damnationis notorie versatur; præmissa monitione, interdiſti pena afficiatur, & alijs præterea etiam grauioribus arbitratu Episcopi.

Qualiter Episcopus contra concubinarios procedere, & eos punire debeat. Cap. II.

**G**raue concubinatus crimen est, propterea q; quæm ingens in eo funditus conuellendo sollicitudo, & quæm longè omnium diligentissima cura Episcopi esse debeat, cum Canonum leges, sacriq; & cœmenici Concilii Tridentini decreta iubent, tum Verò Pij Quinti Pontificis Maximi Apostolica sanctio iampridem edita perspicue ostendit.

Qua sanctione sanctæ obedientiæ virtute illud iuſsum est, vt quæ contra concubinarios eiusdem Concilij Tridentini decretis constituta sunt, in ipsis omnino, innuolateq; exequendis, Episcopus in sua dieceſi diligenter, sancte q; inuigilet: Deo Romanoq; Pantifici rationem redditurus, si in eo turpi criminis radicibus extirpando negligenter, aut remisē se gesserit. Quamobr̄ Episcopus nemine etiam postulante, aut accusante, ex officio sine strepitu, & forma iudicij, solaq; facti ueritate inspecta, contra istiusmodi concubinarios, cuiuscunque status, ordinis, dignitatishq; illi sint, seuerē agat: proindeq; pænis sacerorum Canonum iure summorum Pontificum constitutionibus, Concilio- rumq; autoritate sanctis, & alijs præterea etiam pecuniaris, arbitrio suo, grauiter puniat. Quos autem ter admonitos in contumacia perfidire animad uerterit, eos non ſolū alijs pænis, ſed excommunicatione etiam ex eodem decreto Tridentino afficiat.

Concil.  
Trident.  
Sess. 24.  
c. 8. de re  
for. mat.  
& Sessio.  
25. ca. de  
refo. 14.  
Bulla e-  
ditia. Ca-  
lē. Aprī.  
1566. ver-  
fi. Mon-  
mus pte  
rei Bul.  
nu. 5. in-  
ter illius  
conſtit.  
fol. 926.